

- 1, Thesaurus juris prudent: 1072: germ
for: sec ord: f: tom 1: folio: 1. autor
Foh: Andrea: Hofmann: p. ae 1748
- 2, Disj de praescript actionis pignoratitiae
pues: Weimburg resp: Foh: Ludwig Schmidt
Gene 1756.

Sammelband

7. 10
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE
**TRANSACTIONE
IUDICIALI INVITA**


RECTORE ^{QVAM} MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
ERNESTO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQA
SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO ITIDEM
EQVESTRI PARITER AC PEDESTRI LEGIONIS
TRIBVNO CAESAREO

SVB PRAESIDIO
IO. CASP. HEIMBURGII, D.
SERENISSIMI DVCIS SAXO-GOTH A CONSIL. AVL. PROF. COD. ET NOV.
CVRIAE PROVINCIALIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE ADSESSORIS
NEC NON SCABINORVM COLLEGII SENIORIS

PRO LICENTIA
AC SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS CONSEQVENDIS

AD D. VIII. FEBR. A. O. R. MDCCXXXVI.
ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT
AVCTOR

IOANNES DANIEL REINHARD
FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM.


IENAE, LITTERIS SCHILLIANIS.

DISSECTATIO MANIPULIS IUDICIA

DE

TRANSACCIONE
IUDICIALI INUITA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERNISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINO

ERNESTO AUGUSTO

DUCE SAXONIAE IULIAE CAESARIS
ANGARIE ET GUESTPHALIAE
SAMMONTENSIS CASARIS ELECTORIS
CONSTITUTIS PARTIBUS AC PERSPECTISSIMO

ET

IO. CASP. HUMBURGI D.

PROFESSORIS PRAECEPTORIS
CIVILIS PROCURATORIS ET FACULTATIS IURIS
MAGISTRI

PRO LICENTIA

AD SUMMAM IN IUDICIIS
ET IN REBUS
ERANTORUM

ATQUE

IOANNES DANIEL RICHARD

FRANCOFURTI AD M. P. S.
JANUARIUM 1771





CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- Q**uid §. I. *transactio.*
- §. II. *Quid res dubia.*
- §. III. *Quid rem dubiam decidere.*
- §. IV. *Quid decisio rei dubiae conuenta.*
- §. V. et VI. *Transactionis, in se spectatae, et rei iudicatae similitudo et dissimilitudo traditur et simul, quid sit cognitio causae in actione rei persecutoria, explicatur.*
- §. VII. *Docetur, arbitrium paciscentium, in transactionibus, pro earum varietate, mirum in modum variare.*
- §. VIII. *Exhibetur differentia arbitrii, in omni pacto*
- occurrentis, ab arbitrio, quod transactione inuoluitur.*
- §. IX. et X. *Transactioni arbitrium commune et proprium inesse, et illud quidem certis regulis circumscriptum; hoc vero regulis magis solutum esse adfirmatur.*
- §. XI. et XII. *Vnde regulae et effectus aliorum contractuum onerosorum in transactione non semper obtinent.*
- §. XIII. *Nec arbitrium iudicis adeo liberum est, ac arbitrium litigantium.*
- §. XIV. et XV. *Cur transactio inualuerit, ex eius modis ostenditur.*
- §. XVI.

- §. XVI. *Adseritur, arbitrium transigentium naturali et civili iure non circumseribi.*
- §. XVII. *Romanae et aliarum gentium leges transactiones initas tuentur.*
- §. XVIII. *Imperantes, ut ad transactiones ineundas a magistratu ciues inuitentur, volunt.*
- §. XIX. et XX. *Idque docetur sanctionibus iuris canonici, Recessuum Imperii et aliarum legum Germanicarum.*
- §. XXI. *Nexus dicendorum.*
- §. XXII. *Quid sit transactio iudicialis inuita.*
- §. XXIII. *Quomodo transigere nolens compelli dicatur.*
- §. XXIV. XXV. et XXVI. *Inferitur a transactione inuita arbitrium transactionis proprium et commune abesse, et sic eam transactionis nomen non mereri.*
- §. XXVII. *Connexio.*
- §. XXVIII. *Quaestionem, an detur transactio iudicialis inuita? alii adfirmant, alii negant.*
- §. XXIX. *Argumenta negantium.*
- §. XXX. *Leges quaedam Germanicae, quibus sententia negantium confirmatur.*
- §. XXXI. et XXXII. *Rationes adfirmantium refelluntur.*
- §. XXXIII. *Quaestio an negantium sententia exceptiones ferat? proponitur, et simul a nonnullis tres casus exceptos, ab aliis vero plures adferri notantur.*
- §. XXXIV. *Ex Harprechtii doctrina octo casus excepti recensentur.*
- §. XXXV. *Additur ex eadem doctrina Harppr. et aliorum Ictorum Pragmaticorum, transactionem iudicialem, ad quam iudex partes cogit, si id egit superior, per se subsistere, si inferior, superioris deum autoritate conualescere.*
- §. XXXVI. *Vitia, ab iis, qui octo casus exceptos enumerant, admissa reprehenduntur.*
- §. XXXVII. et XXXVIII. *L. 13. §. 3. D. de vsufr. exhibemus, et in tres partes dispertimur, quarum prima factum, secunda deficio-*

- cisionem, tertia legis rationem continet.
- §. XXXIX. et XL. *Decisio, quae secundae parti legis inest, evolvitur et colligitur, duplex finiendae litis medium L. 13. §. 3. D. de usufr. praescribi.*
- §. XLI. *De primo litis finiendae medio observatur, Ictum modo communis iuris regulam facto accommodasse.*
- §. XLII. *Tres quaestiones, quae in altero finiendae litis medio occurrunt, a se invicem separandas esse, docetur.*
- §. XLIII. *Prima quaestio, num fructuarius ab altero fructuario conuentus, ad stipulationem, cuius lex meminit, cogi queat? ex rationibus adductis adfirmatur.*
- §. XLIV. et XLV. *Secunda quaestio, vtrum vox stipulationis transactionem in se contineat? negatur, et dubium soluitur.*
- §. XLVI. et XLVII. *Ratio legis 13. §. 3. D. de usufr. exponitur et eam ad media, analogiae iuris contraria, pertinere negatur.*
- §. XLVIII. et XLIX. *Quaestio tertia, an argumento, ex lege nostra desumpto, ad trans. litigantes compelli possint? negatur, adductis adfirmantium et negantium rationibus.*
- §. L. *Infertur, trans. inuit. iud. nec verbis, nec sententia legis 13. §. 3. D. de usufr. probari.*
- §. LI. LII. LIII. et LIV. *Lex 21. D. de reb. cred. fistitur, et binae species, quae illi insunt, subiunguntur.*
- §. LV. *Agitur de primo facto legis et quidem principio veterum Ictorum sententia adiectis eorum rationibus exhibetur. Deinde Iuliani iudicium adiungitur et ex regulis aequitatis defenditur. Postea, an hac lege generalis regula, quod per partes solutio fieri possit, comprehendatur? inquirimus, idque negamus et rem ex institutis Romanorum explicandam esse existimamus.*
- §. LVI. *Diluitur dubium.*
- §. LVII. *Alterum factum legis consideratur et, praemissa vete-*

veterum Ictorum decisio-
ne, Iuliani sententia tra-
ditur.

- §. LVIII. et LIX. Ratio L. 21.
D. de reb. cred. explica-
tur et dubio occurritur.
- §. LX. - LXIV. Argumenta,
quae huic legi inesse vi-
dentur, sigillatim proponi-
mus, et consutamus.
- §. LXV. Argumentum a coa-
ctione ad vendendum, qui-
busdam casibus permassa,
desumptum reiicitur et ca-
sum dari, ubi necessitas
transactionem postularet
inuitam, in dubium vo-
catur.
- §. LXVI. et LXVII. Praeter
inuitam transactionem
alia dirimendarum liti-
um media, eaque prae-
stantiora et certiora dari
defendimus.
- §. LXVIII. Colligitur, trans-
actioni inuitae in nullo
casu locum esse.
- §. LXIX. Superioris iudicis au-
toritate transactionem
inferioris iudicis conuale-
scere inficiamus.
- §. LXX. In quaestione, an ma-
ior hac in re autoritas sit
superiori iudici, dissensus
Ictorum adducitur.
- §. LXXI. Doctrinam de trans.
inuita iudiciali Glossato-
rum commentis adscribi-
mus.
- §. LXXII. LXXIII. et LXXIV.
Argumentum, quod ex
leg. 13. §. 3. D. de usufr.
et L. 21. C. de reb. cred.
Sobilerus ducit, adfertur,
et probatur rationibus al-
latis simulque binis sen-
tentiarum illustratur.
- §. LXXV. Eorum, quae in hac
dissertatione egimus, ra-
tiones redduntur.





§. I.



Transactio est conuentio (*) onerosa (**), qua res dubia (***) deciditur (****).

§. II.

Res dubia hoc loco est, si non satis constat, quid

A

ex

(*) *L. 1. §. 3. D. de pact. L. 3. C. de in lit. iur. iuncta L. 3. Cod. Gregor. L. 17. C. de trans. ubi transactio vocatur placitum.*

(**) *L. 2, 17, et 21. C. de trans.*

(***) *L. 1. D. de trans.*

(****) *L. 7. pr. D. de cond. furt. L. 19. et 33. C. de trans. In*

Basilicis transactio definitur ἀμφισβλλομένης πραγματος τομή. Apud Ciceronem, pro Flacco c. 36. transactio vocatur decisio. Ex quibus liquet, a BEIERO ad Pand. tit. de trans. pos. 1. not. a. nomen decisionis in transactionem conuenire minus recte negari.

ex quantitibus vel rebus vel iuribus ad singulos de re aliqua contententes spectet. Cui nimis angusta videtur haec rei dubiae explicatio, is cogitet, nos in argumento particulari versari, quod quidem notiones speciales et determinatas postulat.

§. III.

Rem dubiam decidere nihil aliud est, quam statuere, quid ex quantitibus vel rebus vel iuribus ad singulos de re aliqua contententes pertineat. Quae §. praec. in fin. obseruauimus, ea etiam hic tenenda.

§. IIII.

Decisio rei dubiae comenta dicitur, si duo pluresue controuersiam inter se habentes, quid ex quantitibus vel rebus vel iuribus ad singulos pertineat, pacto arbitrantur.

§. V.

Transactio est rei dubiae et incertae decisio (§. I.). Res iudicata consistit in sententia decendo confirmata(*), et sic pariter ac transactio
litem

(*) *L. 23. §. 1. D. de cond. cap. 5. VOET. in comm. ad indeb. Nou. 23. c. 1. et nou. 119. Pand. tit. de re iudic. §. 2.*

litem praeponit, eandemque inter litigantes finit. Sicut igitur decisio commune est rei iudicatae et transactionis attributum: ita quin utraque eosdem, saltem quod ad firmitatem, effectus habeat, non est dubitandum (*).

§. VI.

Quomodo res iudicata differat a transactione ex proprietatum comparatione facile intelligitur. Sententiam causae cognitione praeuia oportet esse latam, et sine ea quicquid a iudice profertur, aut pronuntiatur, rei iudicatae vim consequi non potest (**). Et quidem *causae cognitio in actione rei persecutoria* fieri dicitur, si iudex actoris et rei iura plene audit, eandemque rite contemplatur (***) . In transactione resaliter se habet. Cum enim ea sit conventio (§.I.) et sic libera partium voluntate perficiatur: consequens est, ut transigentes iudicem adire, ibique ea, quae ad causae cognitionem pertinent, agere minime teneantur.

A 2

§.VII.

(*) L. 20. C. de trans.
SCHVL T. in enarr. ad D. tit. de
trans. §.3.

(**) L. 9. C. de iud.

(***) Arg. L. 9. C. de iud.

§. VII.

Et haec voluntas, qua rem incertam decidunt transigentes, tametsi quantitatem vel rem eiusdem pretii obiectam ponat, non semper vna eademque est, sed, *pro varietate transactionum*, mirum in modum, variat. Alii, vel concordiae studio, vel amittendae rei metu, lites execrantur, earumque euitandarum causa, magnam saepe debiti partem alteri remittere haud dubitant. Alii non adeo a litibus abhorrent, easque potius subire, quam de iure suo decedere malunt: sed aliis rationibus transactione litem finire impelluntur. Quid multa? certe modo dimidiam, interdum tertiam, aliquando quartam, vel quintam partem, et plus nonnunquam minusue a litigantibus, transactione rem dubiam componentibus remitti, vsus rerum docet.

§. VIII.

Equidem omnis pactio, consequenter etiam contractus onerosus, aliquid arbitrii inuoluit. Qui enim emit, vendit, vel de re permutanda
cum

cum altero paciscitur, de pretii, vel rei quantitate et qualitate arbitratur. Sed differt hoc arbitrium multis modis ab eo, quod in transactione occurrit. Siquidem in onerosis contractibus paciscentes, dum arbitrantur, aequalitatem semper intendunt, eamque communi rei aestimatione metiri solent. Longe aliter agunt transigentes: eorum enim princeps finis est, ut a lite, quae imminet, vel iam agitur, liberentur. Quam ob rem saepe fit, ut rem magni pretii dimittant, aliamque, quae longe minoris est, scientes accipiant (§.7.).

§. VIII.

Duplex igitur in transactione adest arbitrium. *Alterum* transactioni et aliis contractibus onerosis, quin et reliquis pactionibus commune; *alterum*, quod ad transactionis proprietates pertinet. (§.7. et 8.)

§. X.

Arbitrium primi et secundi generis, siquidem ad pactiones refertur, in voluntate paciscentium consistit. In eo autem alterum ab altero

distinguitur, quod arbitrium omnibus pactis commune certas regulas agnoscat; id vero, quod transactioni proprium est, regulis et legibus magis sit solutum.

§. XI.

Vnde res transactione decisa, si in disceptionem venit, non semper ad regulas, quae in aliis onerosis contractibus seruantur, corrigitur.

§. XII.

Ex quibus porro obseruare licet, in transactionem, quamuis ea sit onerosae conuentionis species (§. I.), effectus, qui contractibus onerosis Romano iure adsignantur, non plene et omnes in partes conuenire.

§. XIII.

Si ea, quae de libertate transigentium (§. 7.--11.) dicta sunt, cum potestate, quae iudici sententiam de lite ferenti competit, rite conferantur, noua adparet transactionis, et rei iudicatae differentia. Iudicis enim, dum de re dubia statuit, eamque sua sententia definit, partes

tes sunt, ita iudicare, quemadmodum legibus et moribus est proditum (*), et sic ea, qua transigentes vtuntur, libertate minime gaudet.

§. XIII.

Ex indole transactionis et processus, quam illa habeat vtilitatem, haud difficulter intelligitur. Iudicis enim decisionem qui expectant, suum ius per longa saepe temporis interualla in incerto vident, multis impensis onerantur, et, si ea, quae litibus plerisque solent accedere, spectentur, certe auocatione a melioribus negotiis premuntur, odiaque incurrunt et animum exulceratum habent. Quodsi autem mutuo partium placito incerta res finitur, multa omnino incommoda euitari exploratum est (**).

§. XV.

Quibus obseruatis, quare inter homines transactionis inualuerit negotium, sine labore iudicatur. Eam germanis iam pridem probatam fuisse vel ex paroemia illa: *ein magerer Ver-*

(*) *Pr. Inst. de offic. iud. L. 13. C. de sent. et interloc.*

(**) ZIEGLER, *in dicast. concl. 22. §. 1.*

Vergleich ist besser, als ein fetter Processus, satis constat ().*

§. XVI.

Arbitrium, quo transigentes litem inter se componunt, naturae humanae praeceptis haud circumscribitur. Similiter Imperantes, in primis quod ad quantitatem transactione remittendam vel promittendam attinet, multa ad arbitrium paciscentium contulerunt, fatius fore existimantes, si tot molestiae et difficultates, quibus litigantes premuntur, quavis tolerabili redimantur pacione. Ea certe, quae taedio litis gesta sunt, rata legibus haberi, testis est VLPPIANVS. *Non improbat Praetor, inquit, factum eius, qui tanti habuit re carere, ne propter eam saepius litigaret (**).*

§. XVII.

Imperantes autem sicuti curae cordique sibi habent, ut sanctior sit custodia institutorum, quae multorum civium rationibus conducunt, et sic publicae inseruiunt salutis: ita quoque, ut
initae

(*) HERT. de paroem. iur. Germ. L. 1. par. 2.

(**) L. 4. §. 1. D. de alien. iud. mut. caus. fact.

initae transactiones factae et tectae feruentur, Legislatorum magnam semper fuisse sollicitudinem non solum Romanorum, sed et aliarum gentium, legibus edocemur.

§. XVIII.

Nec Imperantibus sufficere visum est, vt variis legibus, quo minus transactiones perfectae labefactentur, impedirent: verum etiam de mediis, quibus ad vtilissimam hanc conuentionis speciem inuitentur ciues, prudenter cogitarunt.

§. XIX.

Vnde variis legibus de lite amice componenda litigantes diligenter admonere illisque litium incommoda ob oculos ponere iudices iubentur. Extant eam in rem iuris Canonici praecepta (*). Idem quoque cauetur variis Germaniae sanctionibus (**): imprimis ex Recessu Imperii de anno 1654. §. 110. non modo in limine

B

iu-

(*) *Cap. ult. X. de transact. tit. I. §. 2. num. 7. seqq.* 21-
 (**) *Vid. Cod. August. Part. I. GLER in dicast. concl. 22. §. 7. p. 215. MARTINI ad proc. Sax. seqq.*

iudicii, sed etiam in litis progressu, quin et in secunda instantia, a iudicibus, amicabilem compositionem inter litigantes tentari debet (*).

§. XX.

Quem quidem finem ut eo certius adsequantur Imperantes, ex nonnullis legibus, quibus ordo iudiciorum dirigitur, certus initio litis terminus dicitur, quo id vniice agendum, ut Advocati ad amicabilem compositionem constituti conditiones, quibus lis amice extinguatur, proponant, Commissarii autem ad hoc negotium speciatim designati tædia litis explicent, et partim novas conditiones addant, partim oblatas accipere litigantes etiam atque etiam cohortentur. Eiusmodi normam in ordinatione processuali curiæ provincialis Ienenensis præscriptam legimus (**).

§. XXI.

Cum vero exhortationes iudicum, quamvis in id studiosissime incumbant, ut ad transactionem litigantium animi flectantur, haud raro in irri-

(*) III. BOEHMER. in iur. eccles. Prot. Lib. I. Tit. 32. §. 55. (***) C. 3. verb. *Es soll auch zu verfertigen.*

irritum cadant: inuestigandum, an partes consiliis et persuasionebus locum dare nolentes ad transigendum cogi publica auctoritate possint?

§. XXII.

Cui quidem tractationi transactionis iudicialis inuitae notionem merito praemittimus. Nimirum *transactio iudicialis inuita* nobis est transactio, ad quam consentire nolens a iudice compellitur.

§. XXIII.

Transigere nolens compelli a iudice dicitur, si iudex, quid ex quantitatibus vel rebus vel iuribus singulis litigantibus relinquendum sit, determinat idque arbitrium transactionis nomine insignitum sequi iubet.

§. XXIV.

Cum igitur placitum in hac transactionum specie a solo iudice dependeat: prono alieo fluit, arbitrium, quod speciatim transactioni inesse diximus, (§. 7.), in transactione iudiciali coacta litigantibus auferri.

§. XXV.

Ex eodem principio elucet, arbitrium quoque,

que, quod omnibus pactionibus est commune, in transactione iudiciali inuita prorsus cessare (§. 8. 22. et 26.). Vnde conficitur, in transactione iudiciali inuita a duplici arbitrio, quod in transactione occurrit, partes prorsus excludi.

§. XXVI.

A transactione iudiciali inuita igitur uti transactionis proprietates absunt primariae: ita transactionis vocabulum illi minus recte accommodari, manifestum est.

§. XXVII.

Quibus praestructis adgredimur thema nostrum, in quo ita versari animus est, ut enarratis Ictorum sententiis, rationes et leges, quas in hanc rem allegant, rite perscrutemur (§. 29.).

§. XXVIII.

Quaestionem, *an detur transactio iudicialis inuita?* alii negandam, alii adfirmandam esse censent.

§. XXIX.

Negantes his rationibus utuntur: 1) transactionem esse conventionis speciem et sic non nisi libero partium consensu contrahi; ideoque ar-

arbitrium, quod omnibus pactis commune est (§. 8.), in ea requiri; 2) eandem fieri dato aliquo vel remisso vel promisso, inuitum autem dare vel promittere vel ius suum remittere haud teneri (*); 3) *in lite se abdicare* esse rem merae facultatis, inuitum autem ea, quae liberi arbitrii sunt, exercere minime compelli posse (**); 4) coactionem in transactione Legibus diferte prohiberi (***) ; quibus addi potest, 5) arbitrium speciale, quod quidem de substantia transactionis est, ab inuita transactione plane abesse (§. 7. et 25.).

§. XXX.

Hanc negantium sententiam diferte legibus probari videmus. Sic in ordinatione processuali Electorali tit. I., postquam iudices ad concordiam permouere litigantes iusi sunt, haec verba habentur: *jedoch mit der Discretion und Bescheidenheit, dass gleichwohl auf allen Fall, und da gütliche Mittel endlich nicht verfassen wolten,*

B 3

nie-

(*) L. 5. C. de O. et A. L. vn. C. de contr. emt.

(**) Arg. L. vn. Cod. vt nem. inuit.

(***) Nou. 124. c. 4. verbis: aut cogere transactiones, aut factis exponere.

niemand Recht- und Hülfsoos gelassen werde.
 Eiusdem fere tenoris est textus ordinationis processualis curiae prouincialis Ienenfis, (§. 20.) excitatus, cuius verba sunt: *Sonst aber, und da über angewandten Fleiß die Güte bey denen Parthebeyen nicht statt finden wolte, mögen sie dieselbe alsdenn zu Recht weisen, und rechtlich gegeneinander verfabren lassen.*

§. XXXI.

Sententia eorum, qui cogendi potestatem iudici adscribunt, argumento ex L. fin. D. fam. herc. defuncto nititur. Putant nimirum iudicem ad transigendum partes compellentem suo omnino fungi officio, nec, introducto in odium litium compromisso, magistratus iura circumscripta esse: cum Imperantes, compromittendi libertatem permittentes, id minime egerint, ut potestas, ex lege iudici competens, imminueretur (*).

§. XXXII.

Princeps ergo argumentum, quo rem docere

(*) PARTHEN. in disc. pol. lib. 2. cap. 4. num. 23.

cere adfirmantes volunt, est ipsa thesis, quae disputatur. Probaturi enim, quod iudex in transactione vi uti possit, dicunt certi ac indubitati iuris esse, quod ea potestas, de qua iam quaeritur, ad iudicem, communi iure, pertineat. Quod quidem probandi genus, quo idem per idem docetur, uti nullius momenti est: ita hanc sententiam merito repudiamus, illisque, qui imperium iudicis hac in re non admittunt, accedimus.

§. XXXIII.

Magis intricata est quaestio, *an regula, de partibus ad transactionem a iudice non cogendis (§.32.) tradita, adeo generalis sit, ut nullas plene exceptiones ferat?* Sunt, qui in regulam illam plures adscribunt exceptiones: alii tres, alii plures enumerant. Et inter eos alii paucis rem expediunt: alii singulis causis multas determinationes addunt. Quae quidem uti prolixè persecutus est B. HARPRECHTIUS *in dissert. de transact. iudicial.* ita, in enarrandis exceptionibus, eundem sequi non dubitamus.

§.XXXIV.

§. XXXIV.

Causae, quibus litigantes ad transactionem compellere iudici integrum est, ex Harprechtii aliorumque Ictorum sententia, hae sunt: 1) si lis inter duos pluresue exorta cum publico vniuersitatis, vel integrae prouinciae scandalo coniuncta sit, maxime si eiusmodi conuentio ad personas publicas ita spectet, vt eorum officia cum damno reipublicae in periculo versentur; 2) si inter personas illustres vel alias insignes vel familias nobiles discordia nascatur, ex qua publica salus et tranquillitas detrimentum capere queat, eaque consistat in acerbis iniuriarum causis, vel actio ita instituatur, vt ex conuenta decisione actor idem, quod ex diuturno litigio sperari potest, consequi valeat, veluti si ex lege diffamari iudicis officium imploretur, vt reo silentium imponat, idque reus sponte promittat et iniurias aut verba, quae quidem in contumeliam prolata dicuntur, simul inficietur; 3) si metus subsit, ne ad arma partes veniant, et status reipublicae turbetur, vel ex rixa priuata aliorum quo-

quoque clades sequatur; et multo magis ad officium iudicis hanc cogendi potestatem pertinere existimant, si inter duas vniuersitates talis periculosa dissensio gliscat, argumento, eam in rem, a minori ad maius ducto vtentes; 4) si lis iam diu inter partes durauerit et tam intricata sit, vt propter perplexas eius difficultates certa decisio inueniri non queat; cuius rei rationem in eo ponunt, quod intersit reipublicae, vt tandem litium, praesertim, si inter ciues agitentur, finis sit et vt hi ab expensis et litigiis liberentur; 5) si articulus controuersus de apicibus iuris et adeo subtilis sit, vt ob rationes hinc inde militantes, vtri parti assentiendum sit, non adpareat, id quod praeprimis tunc obtineret, quando lis est inter personas coniunctas, vel vtraque pars de lucro captando certat; 6) si fauor causae, v. gr. alimmentorum, coactionem suadeat, inprimis si talis causa sit intricata, nec non id obtinere putant in aliis priuilegiatis causis, e. gr. dotis vel sumtuum in studia; 7) si litigium inter personas valde inuicem coniunctas versetur; 8) si de tertii praeiudicio agatur.

C

§. XXXV.

§. XXXV.

Iidem Icti monent, compulsionem ad transigendum, si ea fit a iudice superiore, nullo alio indigere auxilio, sed suis potius viribus omnino subsistere. Aliter vero de iudice inferiore sentiunt: siquidem transactionem, inferioris iudicis arbitrio contractam, tunc demum valere existimant, si superioris tribunalis auctoritate rata habetur et roboratur (*).

§. XXXVI.

In causis, quas (§.34.) exposuimus, multa certe vides, quae emendatione indigent. Plures interdum in vnam causam coniecti sunt casus. Et determinationum moles nonnihil obscuritatis parit. In applicatione igitur si confusionem evitare velis: vt nonnulla partim refecentur, partim in ordinem redigantur, necesse est. Sed, ne frustra laborem infumamus, ante omnia in huius doctrinae fundamenta inquirere expedit.

§. XXXVII.

Et quidem imprimis leges, quibus allatas
(§.34.)

(*) HARPR. in *diff. de trans. iud* §. 8. n. 79. CARPZ. *part. 1. const. 1. def. 11.*

(§. 34.) exceptiones euincere ICTi conantur, examinandae sunt. Primo sententiae suae praesidium quaerunt in *L. 13. §. 3. D. de usufr.*, vbi *sed si inter duos fructuarios*, inquit VLPPIANVS, *sit controuersia*, Iulianus libro *trigesimo octauo Digestorum* scribit, *aequisimum esse, quasi communi diuidendo iudicium dari: vel stipulatione inter se eos cauere, qualiter fruuntur.* Cur enim, inquit Iulianus, *ad arma et rixam procedere patiatur Praetor*, quos *potest iurisdictione sua componere.* Quae quidem lex vti non solum factum, quod in contentionem venit eiusdemque decisionem, sed praeterea etiam rationem, qua Vlpianus nititur, continet: ita quoque haec tria vt seorsim a nobis spectentur, non inutile erit.

§. XXXVIII.

Prima pars dictae legis sistit speciem, quam decidendam sibi sumsit Vlpianus. Nimirum ponit in vnus eiusdemque rei usufructu duos pluresue concurrere, inter eos autem super vten- di modo et quoad cuiusque fruendi potestas se extendat, vel quod alter alterum impediatur, con-

trouersiam oriri eamque ad iudicem deferri. Altera pars legis praemissae quaestionis decisionem exhibet: ICTus enim existimat, si alter fructuarius limites in re communi egrediatur si-bique plus iusto arroget, alteri a communione discedere integrum esse, eoque sine quasi communi diuidendo iudicium dari. Idem ICTus porro addit, fructuarios mutua stipulatione inter se, qualiter fruantur, cauere et sic litem finiri posse. Tertia pars legis rationem ex fine status ciuilis imperiique, magistratibus adscripti, petitam subiungit.

§. XXXIX.

De *prima parte* nihil monendum ducimus. *Secundam legis nostrae partem* si rite contemplamur, satis adparet, litem inter fructuarios, de usu rei fructuariae communi contendentes, duplici modo extinguui, prout vel alter communi diuidendo actionem alteri intendere satagit, vel cum eo, qualiter quisque frui debeat, paciscitur.

§. XL.

Duplex igitur finiendae litis medium quin hac lege praescribatur, non est dubitandum.

§. XLI.

Quod ad *primum litis finiendae medium*, nimirum communi diuidendo actionem, attinet, facili liquet negotio, ICTum nihil aliud egisse, quam quod ea, quae generatim in communione obtinent, modo repetierit et huic facto accommodauerit. Exploratum enim est, quod in communione manere nemo cogatur, ideoque communi diuidendo actio directa et utilis Romano iure sit prodita. Actione autem instituta et secuta sententia victus, si ius dicenti non obtemperat, executione, ut pareat iudicato, a iudice compellitur.

§. XLII.

De altero litis finiendae medio paulo curatius agendum. Quo sine plures quaestiones a se inuicem discernendae. Indagandum enim 1) num fructuarius, in ius ab altero vocatus, ad stipulationem, cuius in lege nostra ICTus meminit, compelli iudicis autoritate queat? 2) vtrum vox stipulationis transactionis pactum in se contineat? 3) an, negata secunda quaestione, argu-

mentum a stipulatione duci et ex eo, quod iudex ad transigendum partes iure compellat, ostendiposfit?

§. XLIII.

Et quidem *primam quaestionem §. praec. propositam* adfirmare nulli dubitamus. Rationes autem, quibus in hanc sententiam ire mouemur, eo redeunt: 1) verba legis, *aequisimum est*, aequitatem iure probatam indicant (*); 2) quod eiusmodi aequitas vim iuris praeceptiui habeat, ex aliis legibus liquet (**); 3) quod, intuitu actionis communi diuidendo, locutio illa legem denotet, extra dubium positum est; 4) ratio non suppetit, cur verba legis, quae ad primum litis finiendae medium, i. e. communi diuidendo actionem, extra omne dubium pertinent, ad stipulationem eadem sanctione propositam non referantur; 5) accedit ratio legi nostrae subiuncta, qua Ulpianus potestatem, quae magistratui hoc responso adscribitur, ex potentia, vi iurisdictionis competente, deriuandam esse censet.

§. XLIV.

De quaestione secunda §. 42. sic statuimus, trans-

(*) L. 2. D. de L. Rhod. de iact.

(**) L. 8. C. de iud.

transactionem sub ea stipulatione, quam lex nostra exhibet, minime comprehendi. Illa enim est onerosa conuentio (§.1.) ideoque semper supponit, vt aliquid promittatur vel detur vel remittatur. In stipulationem autem, cuius Vlpianus mentionem facit, transactionis proprietates haud conueniunt: siquidem fructuarius, in ius vocatus, non de iure suo aliquid remittere, sed saltem per verba solemnia, qua ratione in posterum re fructuaria vti velit, cauere, et consequenter ad certum vtendi modum se obligare iubetur.

§. XLV.

At inquis, frustraneam esse hanc pactionem, qua fructuarius non magis obligatur et alter idem ius, quod antea habuit, modo retinet. Sed rero, id commodi ex tali pacto in stipulatorem redundare, quod turbatio, si qua fit ab altero, in oculos statim incurrat, et sic refractarius in viam facilius omnino reducatur. E contrario si inter fructuarios, qualiter fruuntur, conuentione cautum non fit, multa homo rixosus habet,
 quae

quae petitori obiiciat, quibusque lis proteletur et in longum trahatur.

§. XLVI.

Antequam ad tertiam quaestionem deueniamus, legis, de qua haecenus differuimus, ratio plenius erit indaganda. Scilicet iudicis officium ad varia litium genera referri potest. Quarumdam enim controuersiarum ea indoles non est, vt facile res ad manus venire inter litigantes soleat. Dantur porro lites illis longe grauiores et vbi iudex iustam habet metuendi causam, ne ad rixam et arma partes procedant. Id contentionis genus citius extingui, tranquillitas publica exigit. Iudici igitur vt circa eiusmodi litem paulo liberior potestas tribuatur, necesse est (*). De hac autem litium specie legem eiusque rationem accipiendam esse, partim ex casu lege deciso, partim ex sanctionis ratione satis liquet. IULIANVS enim ponit inter fructuarios, qualiter quisque fruatur, disceptationem oriri: de qua quidem lite, quin facile in rixas et verbera euadat, non est dubitandum. Deinde idem Ictus, decisio-
nis

(*) *Arg. L. i. D. de damn. inf.*

nis suae rationem redditurus, tradit, iudicis esse, vt provideat, ne ad arma et caedes procedant litigantes. Bina igitur, quae nostra lege expressa sunt, remedia cur permittantur, ex ratione a ICto allata liquido intelligere licet.

§. XLVII.

Tantam autem esse huius rationis latitudinem, vt ad omnia, quae modo excogitari queant, media pertineat, adserere non ausim. Multo minus vis rationis ad media, quae a iuris analogia absunt, erit producenda.

§. XLVIII.

Ad *quaestionem tertiam §. 42.* quod attinet, dispiciendum, an argumento ex lege nostra desumpto, ad transigendum litigantes compellere iudex valeat? Equidem hoc thema adfirmandum videtur: nam 1) ad stipulationem inuitum adigere ex lege nostra iudici ius fasque est (§. 43.); 2) non desunt aliae leges, quae iudici in stipulationibus similem cogendi copiam faciunt (*); 3) nihil impedit, quo minus stipulatione

D

tio-

(*) *L. 18. pr. et L. 7. pr. D. de damn. inf.*

tionis formam induat transactio (*); 4) pactum transactionis, quatenus stipulationis solennitatem habet, a regula, quam lex nostra tradit, haud eximitur; 5) nec iudex in transactionibus a compulsione abstinere et adhortatione tantum uti iubetur; 6) accedit, quod ratio legis, ex imperio magistratui competente desumpta, generalis sit, ideoque nihil obstet, quo minus omnes stipulationes et sic quoque transactionem, verbis solennibus contractam, complectatur.

§. XLIX.

Verum enim vero 1) lex nostra non in omni stipulatione, sed in certa saltem specie cogendi potestatem iudici largitur; 2) nec reliquae leges, quarum virtute compulsione iudex exercet, generaliter loquuntur, sed ad certum modo casum directae sunt; 3) finge etiam, hac lege caueri, quod in aliis quoque casibus iudici ad stipulationem compellere partes integrum sit; id tamen minus recte ad transactionem producitur: siquidem stipulatio, tametsi per eam omne pactum

(*) *L. 33. C. de trans.*

ctum, et sic etiam transactio Romano iure firmetur, genus contractuum non est, cum formae saltem, quam omnis pactio induere potest (*), indolem habet; unde 4) minus congrue inferitur, pactum transactionis, quatenus stipulationis solennitatem habet, compulsionem recipere; 5) quod coactionem in transactione adhibere iudex hac lege non prohibeatur, indicio plane non est, iudicis compulsionem iure exerceri: cum enim Ictus regulam generalem de coactione in omni pacto admittenda non dederit, nec opus fuit, vt transactionem speciatim eximeret; 6) nihil ad rem facit argumentum ex ratione legis nostrae petatum: quamuis enim providere debeat iudex, ne ad caedes et arma prorumpant litigantes; ex eo tamen in transactione compulsionem iudicis iure permitte fieri, minus recte concluditur (§. 46. et 47.).

§. L.

Quibus praestructis, prono alueo fluit, compul-

D 2

pul-

(*) *L. 5. pr. D. de verb. Sent. lib. 5. tit. 7. §. 1. Add. obl. L. 2. §. 3. D. de dol. mal. SCHULT. de iurispr. anteiur. et met. exc. PAVLL, rec. fin. ibid.*

pulsionem iudicis in transactionibus nec verbis
nec sententia *L. 13. §. 3. D. de usufr.* probari. (*)

§. LI.

Progredimur ad legem *21. D. de reb. cred.*,
qua quidem etiam compulsionis, a iudice in transa-
ctionibus faciendae, iustitiam euincere nonnulli co-
nantur. *Quidam existimauerunt, inquit IULIA-
NVS, neque eum, qui decem peteret, cogendum, quin-
que accipere et reliqua persequi: neque eum, qui
fundum suum diceret, partem duntaxat iudicio
persequi. Sed in utraque causa humanius vide-
tur facturum Praetor, si actorem compulerit ad
accipiendum id, quod offeratur: cum ad officium
eius pertineat lites deminuere.*

§. LII.

Binas in dicta lege species coniunxit et ex
eodem principio definiuit Ictus. Quas qui-
dem sigillatim spectare operae pretium est.

§. LIII.

Primum factum in eo consistit: petit quis
cre-

(*) *Add. ANT. FABR. in ration. ad L. 13. §. 3. D. de usufr.*

crediti iure ab altero decem. Is, a quo petitur, quinque deberi adfirmat et hanc summam solvere paratus est. Creditor autem partem debiti sibi oblatam accipere recusat et integrum debitum soluendum esse vrget.

§. LIV.

Alterum factum, cui decisionem ICTus subiecit, est sequens: dominus fundum, qui ab alio possidetur, vindicare intendit. Possessor ad actorem fundi pertinere partem fatetur, eamque domino, rem vindicanti, offert. Hic vero integrum fundum tradendum esse contendit. Similis species in lege 8. *D. si pars hered. pet.*, quae ex eodem *lib. 48. Dig. Iuliani* defumta est, proponitur. Vbi adserit possessorem, cui facta est totius hereditatis controuersia, posse partem defendere, partem aliam cedere heredi scripto vel legitimo.

§. LV.

Non vnā eandemque, *quod ad primum factum*, fuisse ICTorum sententiam, initio legis,

indicatur. Scilicet nonnulli putabant eum, qui, actione in personam instituta, decem peteret, vt quinque modo accipiat, et reliqua in iudicio persequatur, iure non compelli. Igitur ad petitoris arbitrium contulerunt, vtrum partem debiti oblatam acceptare, an repudiare, et petitioni totius insistere malit. Decisionis ratio procul dubio in eo est, quod eodem modo fieri solutio debeat, quo obligatio est contracta (*). Quemadmodum autem aequitati ius strictum haud raro postponitur: ita etiam Iulianus, diuortium ab illa Ictorum sententia faciens, humanitatis regulas sequitur, et creditorem, vt oblatam debiti partem a debitore accipiat, cogendum esse opinatur. Et aequum sane est, vt debitor, qui partem debiti offert, ab obligatione, pro ea parte, quam obtulit, liberetur, et eatenus creditoris ius, certo modo, extinguatur: cum id fieri, debitoris omnino intersit, nec ea res in praeiudicium creditoris vergat, quippe qui partem debiti negatam in iudicio petere, minime prohibetur. Sed inquirendum, an aequitas, de qua iam

(*) *L. 80. D. de solut.*

iam diximus, in lege nostra, ea ratione probata sit, vt generalis regula, *quod per partes fieri solutio queat*, inde conficiatur? Et putem, hanc legis interpretationem a mente Iuliani alienam esse. Res potius ex indole officii, quo Praetor fungebatur, ita est explicanda. Cui ciuili iure cum aliquo dimicandi animus erat, is, facta in ius vocatione, ad Praetorem ibat, ibique postulabat actionem. Causa summatim cognita, actionem et, praescripta certa formula, iudicem Praetor dabat. Lite iudici demandata, nihil amplius apud Praetorem agebatur. Cum ergo Iulianus Praetori tribuit potestatem cogendi actorem, vt quinque a reo oblata acceptet, non potest non intelligi de eo momento, quo creditor aduersus debitorem actionem postulabat. Scilicet existimat ICTus, actorem, vt eam debiti partem, quam apud Praetorem fatetur debitor, accipiat, cogi omnino posse. Ex quibus manifestum est, generalem regulam, quod per partes solutio fieri queat, lege nostra
mi-

minime constitui. Certe legis nostrae auctor ad Romanorum instituta respexit et in ea sententia fuit, Praetoris officio eam omnino inesse potestatem, vt ad partem, quam debitor, cum litigantes adhuc in iure versantur, offert, accipiendam, compellere creditorem valeat.

§. LVI.

Quibus obesse quidem videntur varia Romanorum placita (*), quibus creditorem pecuniae sibi debitae solutionem per partes accipere haud teneri, cauetur. Sed recte obseruat EM. MERILLIVS (**), eas sanctiones de parte debiti, quae vel extra iudicium vel apud iudicem delegatum offertur, commode intelligi posse.

§. LVII.

Haec de primo casu legis nostrae sufficient. Iam *de secundo casu* §. 54. propositio di-

(*) *L. 13. §. 8. D. de act. emt. L. 19. D. de pign. et hyp. L. 41. §. 1. D. de usur.* (**) *In comment. ad tit. de reb. cred. ad L. 21. D. de reb. cred.*

dicendum erit. Et quidem, quod ad hanc speciem attinet, duplex decisio in lege nostra habetur. Altera iuri, quod strictum vocamus, altera aequi bonique praeceptis innititur. Illa, vt Iulianus refert, quibusdam ICTis placuit. Possessorem enim, qui rem, de qua conuentus est, integram actori cedit, ab actione liberari, ex actionis indole liquet. E contrario reus, si modo petita rei partem offert, non praestat id, quod petitur. Partem igitur petitor accipere actionemque, quam litis initio de integra re alteri intendit, mutare et loco totius nunc partem petere non tenetur. Argumentum autem, vt puto, ex eo inprimis duxerunt ICTi, quod recepta non est iure nostro particularis solutio, inuito creditore; sed totum, quod debetur, creditori, totum accipere parato, solui debet, nisi ab initio conuenerit, vt per partes solutio fiat (*). Idem in pignore obseruatur, quod pro parte lui non potest (**). Aliter rationes subduxit Iulianus. Putat enim

E
acto-

(*) GER. NOODT in comment. ad D. lib. 5. tit. 4.

(**) L. 25. §. 14. D. fam. hercisf.

actorem, ut oblatam a possessore fundi partem accipiat, cogendum esse. Et certe, si aequitatis praeceptis, quae quidem Ictus in mente habuit, rem vnice metimur, ratio reddi non potest, cur partem, quam cedere possessor paratus est, repudiare et de tota re aduersus reum experiri actoris arbitrio relinquatur. Si quidem frustraneum esset, eum de illa etiam parte litigare, in qua nihil iuris sibi adserit (*). Praeterea actor, si acceptat partem, intuitu partis alterius, iure suo non cadit, adeoque partem accipiendo conditionem suam minime reddit deteriorem. Hanc aequitatem in hereditatis petitione simpliciter probat Iulianus in *L. 8. D. si pars heredit. pet.* verbis: *permittedum erit possessori hereditatis partem quidem defendere, parte vero cedere.* Et cum dissensus veterum Ictorum in hac lege nulla fit mentio: fane in actione vniuersali liberior, quam in rei vindicatione facultas competiisse, ex Prudentum sententia, videtur.

§. XLVIII.

(*) ANT. FABR. in ration. lib. 5. tit. 4. ad *L. 8. D. si pars hered. pet.*

§. XLVIII.

Rationem, cur in binis nostrae legis casibus aequitas sit attendenda, in eo quaerit Iulianus, quod lites deminuere ad officium Praetoris pertineat. Nimirum iudicia ideo constituta sunt, ut publica autoritate, quam primum fieri potest, lites sopiantur. Cuius quidem rei cura summae potestati originarie incumbit, sed ab ea magistratibus demandari solet. Hi igitur ut omnem in litibus, vel penitus vel minimum pro parte finiendis, diligentiam adhibeant, necesse est. Quemadmodum autem officii partes explere facilius queunt, si non semper communes iuris regulas sequi tenentur: ita iuris subtilitatem posthabere et arbitrio aequitatis regulis temperato nonnunquam uti illis integrum est. Sane eiusmodi arbitrium Iulianus iis, qui iurisdictione gaudent, adscribere videtur. De speciebus enim in lege nostra propositis dum iudicium fert, humanius inquit Praetorem facturum, si ad partem, quam reus offert, accipiendam actorem compellat. Et huius sententiae rationem ex

E 2

pot-

potestate, quae iudicis officio continetur, derivandam esse censet.

§. LIX.

Neque his aduersantur ea, quae supra (§. 13.) disseruimus. Certum enim est, quod ab arbitrio abstinere iudex ordinarie debeat; sed in quibusdam casibus eam arbitrandi potestatem magistratibus Imperantes permisisse ex variis legibus constat.

§. LX.

Argumenta, quae *legi 21. D. de reb. cred.* inesse videntur, sigillatim spectare praestat. Et quidem ea huc redeunt: 1) ius deminuendi lites, quod iudici hac lege relinquitur, nullis circumscribi limitibus, adeoque tam late patere, ut omnes facultates, quibus finiri lis potest, sub se complectatur; 2) transactionem esse medium lites deminuendi utile, et sic ad eam quoque iudicis officium pertinere; 3) quae hac lege officio iudicis adscribuntur, ita comparata esse, ut compulsione uti iudex possit; 4) le-

4) legi nostrae non officere, quod alias in transactionem, generatim spectatam, coactio non cadat.

§. LXI.

Sed *prima ratio dubitandi*, quod nimirum potestas lites deminuendi, iudici adsignata, omnia litium finiendarum media contineat, merito negatur. Quamvis enim potestas minuendi lites, si media iudici negaueris, in effectum deduci non possit, et sic posito iure minuendi lites omnino media admittenda sint: minime tamen exinde colligitur, quod iudex quemcunque extinguendae litis modum eligere queat; siquidem argumenta quae ex legibus ducuntur, ita semper formari debent, ut naturae negotii et iuris analogiae sint consentanea. Ab indole autem transactionis alienam esse coactionem ex eo apparet, quod in illa duplex concurrat arbitrium, alterum, quod omnibus pactis commune est, alterum transactionis proprium (§. 9.). A quo quidem litigantes, si eos ad transactiones compellendi iu-

dici integrum esset, prorsus excluderentur. Nec analogia iuris fert eiusmodi coactionem, cum non solum a transactione, sed etiam ab aliis pactionibus vim abesse Imperatores iubent (*). Ex legibus autem argumentando eousque saltem procedi potest, quousque ipse legislator operaturus videbatur, neque de contraria voluntate iudicium extat (**). Vt taceam eiusmodi coactionem expressis prohiberi legibus. Siquidem verbis *Nov. 124. cap. 4. (§. 29.)* allegatis, ne litigantes ad transactionem cogantur, diserte sancitum est; lege autem nihil firmitus esse potest.

§. LXII.

Nec difficile est, *secundam dubitandi rationem* soluere. Quamvis enim transactio sit vitæ litis finiendæ medium: ex eo tamen minime consequitur, ad eam iudicis imperium pertinere. Vt magistratus transactionem partibus sua-

(*) *L. 41. C. de trans. L. 16. C. de iur. delib.*

(**) *SLÉVOGT. diff. de arg. leg. caut. form. §. 10.*

suadeat, leges volunt (§. 19.); sed coactionem, quae transactioni plane aduersatur, nullibi largiuntur.

§. LXIII.

Tertia ratio dubitandi rem minime conficit. Non inficiamur ea, quae hac lege iudicis officio inesse dicuntur, ita comparata esse, vt iudex compulsionem adhibere queat. Sed conditores legis nostrae de transactione cogitasse et iudici cogendi potestatem dedisse, oppido falsum est.

§. LXIV.

Quartae rationis dubitandi fundamentum latet in brocardico iuris: nullam regulam a deo firmam esse, vt non patiatur exceptionem. Verum hoc brocardicon non in omnibus iuris nostri regulis locum habet(*). Deinde exceptionem allegare minime sufficit, sed eum, qui regulam in certam speciem haud conuenire tradit, probare id omnino oportet. Nostra autem lege in certis transactionum causis excep-

ptio-

(*) MANZEL. de decis., quae sunt pro autor. ass. 13.

ptionem praescribi, nec ex verbis nec ex sententia eius, euincitur.

§. LXV.

Non obest, quod ad emendum vendendumque variis ex causis dominus cogi queat (*). Nam primo a reliquis contractibus onerosis, ob rationes (§. 10. II. et 12.) adductas, ad transactionem non semper valet argumentum. Deinde leges, quae eiusmodi potestatem imperiuntur iudici, quin ex singularium iurium numero sint, non est dubitandum. Nec minus iis saltem casibus admittitur coactio, vbi utilitas vel necessitas vniuersorum aut singulorum cum priuati commodis ita conflictatur, vt aliud medium quo necessitatibus subueniatur, vel res explicetur, plane deficiat. Et praeterea dari lites, quarum quidem finiendarum medium vnicum et necessarium sit inuita transactio, merito inficiamur.

§. LXVI.

Quod autem praeter inuitam transactionem alia

(*) *L. 11. L. 14. C. de cont. emt. L. 16. C. de iur. del.*

alia dirimendarum litium media in promptu sint, nemo facile in dubium vocabit. Siquidem explorati iuris est, quod iudex non solum inter litigantes pronuntiare, sed etiam comminationibus interdictis et variis poenarum generibus, quibus in officio ciues tenentur, vti, quin, si necessitas postulat, in custodiam eos dare et sic pertinaciam eorum frangere omnino queat.

§. LXVII.

Quos cogendi modos, legibus praescriptos, si iudex prudenter factis accommodat obuenientibus, non dubito, quin finem, quem quidem sperare ex coacta transactione licet, longe certius adsequatur. Optime hanc rem diiudicat ZIEGLERVS nobiscum consentiens. *Si timor armorum subest, inquit (*), inhibitionibus et interdictis plus tribuendum est, quam concordiae per coactionem et sic tantum in speciem inita: processus longaeuitati, iudex ipse fibulam iniicere potest, certos cuique negotio sub poena praeclu-*

F honis

(*) *Dicast. concl. 22. §. 15.*

tionis statuendo terminos, eosque adhuc tum vi iurisdictionis suae. Nec talis vnquam ex coacta reconciliatione expectare poterit fructus, quam ex sententia siue iuste siue iniuste prolata, dum ea vires rei iudicatae acceperit.

§. LXVIII.

Igitur ostendimus, transactionem iudiciale[m], quam inuitam vocant, si in se spectetur, omnino improbandam esse (§. 29.). Probauimus quoque eandem, etiamsi sub singularibus circumstantiis consideratur, solidis rationibus defitui (§. 65. 66. et 67.). Vnde omnes causas, quas quidem (§. 34.) enarrauimus, iure negari dubium non est. Sed nunc inuestigandum, an transactio iudicialis quae, iudice inferiore cogente, inita est, superioris iussu conuolidari et sic vitium purgari queat? Adfirmant nonnulli, quos (§. 35.) excitauimus. Nobis id negandum videtur. Cum enim illi, qui superioribus praesunt iudiciis, ea modo tuentur, quae legibus sunt consentanea, et e contrario actus legibus aduersos improbent: certe multum falluntur, qui sperant fore, vt iudicium superius com-

compulsionem, a iudice inferiore factam, ratam habeat. Potius, querela de eiusmodi coactione, ad superius iudicium delata, probatio iniungitur eaque facta, transactio inuita irrita declaratur.

§. LXIX.

Ordo nos ducit ad quaestionem, num superiora iudicia ad transactionem inuitam compellere partes possint? Negat GIPHANIVS (*) et praesertim vrget, quod, litigare aut non litigare, res merae facultatis sit. Eandem sententiam tuetur ZIEGLERVS (**) verbis: *qua ratione nullus dubito, etiam concordiam ita imperari posse, vt ab armis abstinatur, et tranquillus maneat reipublicae status: ita vero eam imperari posse, vt coacte quis transigat, et ius suum remittat; nondum persuaderi potui.* Aliter vero de hae re est LYNCKERI (***) et MEVII (****) sententia.

F 2

§.LXX.

(*) *Comment. ad L. 9. C. de sent. et interl.*

(**) *Dicast. concl. 22. §. 15.*

(**) *Diff. de pot. Princ. in iud. emin. cap. 2. §. 17.*

(****) *Part. I. Dec. 224.*



§. LXX.

Ceterum, quod Glossatores transactionis inuitae iudicialis doctrinam sint commenti, verosimile videtur, Deprehendimus sane in Glossa huius rei vestigia (*). Et quemadmodum in foris inter Ictos pragmaticos magna semper fuit Glosfatorum auctoritas (**): ita, quod permultos in suam sententiam duxerint, non est mirandum.

§. LXXI.

Cum hactenus transactionem iudicalem inuitam *L. 13. §. 3. D. de vsufr. et L. 21. D. de reb. cred.* minime euinci posse docuimus, superest, vt in alia argumenta, quae ex his legibus nonnulli formant, inquiramus. Nimirum SCHILTERVS (***) , postquam, transactionis inuitae species enarrauit, ex dictis legibus argumentando, obseruat, non tam videri transactionem, quam arbitrariam inter inuitos litis decisionem.

§. LXXII.

(*) *Vid. Corp. iur. Gloss. iur. part. 3. memb. 2. cap. 5. §. 6. ad L. 13. §. 3. D. de vsufr.*

(***) *Exerc. ad. D. 9. §. 25.*

(**) *B. BRVNQVELL. hist.*

Quae quidem SCHILTERI sententia *L. 13. §. 3. D. de usufr. et L. 21. D. de reb. cred.* nec non rationibus, quas (§. 46. et 59.) exposuimus, congruit ideoque nobis merito probatur. Est enim extra omnem dubitationis aleam positum, quod variae dentur causae, ubi vel fieri non potest, ut ex regulis communibus de causa iudex statuatur, vel pronuntiatum, si ordinarium iudicandi modum sequatur, durum et cum alterutrius litigantium damno foret coniunctum. Sicuti autem litem, in manus iudicis delatam, finire oportet: ita aliquid omnino ut arbitrio iudicis detur, quarundam causarum conditio postulat.

§. LXXIII.

Et hanc doctrinam de arbitraria litis decisione uti speciebus, in foro ventilatis, illustrari non inutile erit: ita binas sententias a Dom. Praefide mihi communicatas subiicio.

SENTENTIA

ILLVST. FACVLT. IVR. IENENS.

MENS. IAN. ANNO CIO DCC XXXIII.

LATA.



*A*uf eingewandtes remedium restitutionis in integrum, darwider vorgeschüzte exceptiones und fernere Schrifften N. N. Appellatens an einem, N. N. Appellatens am andern Theil, erkennen &c. vor Recht:

*D*ass es, des eingewandten remedii restitutionis in integrum ungeachtet, bey dem am 3ten Septembr. des 1743ten Jahres erüfneten und sub num. Act. 17. enthaltenen Bescheide billig verbleibet &c. V. R. W.

RATIONES DECIDENDI.

*O*wohl Appellat anführet, was massen 1) Appellant die in seinem Hof liegende Erde wegzuräumen, und die Vorsetzungs-Mauer wieder herstellen zu lassen, auch sonst ihn gebethener massen zu befriedigen verbunden wäre, indem der Einfall des Berges ihme, Appellaten, auf keine Weise beygemessen werden könnte, da er so wohl sein Hauß schon, anno 1709. mit Bewilli-

milligung des Amts, gebauet, als auch den Raum und Umfang, welchen er jetzo noch habe, und zwar mit der Befugniß sothanen Platz zu Erbauung des Hauses und Hofes, zu applaniren bekommen; nicht minder anno 1729., mitbin noch vorher, ebe Appellant zu dem quaestionirten Garten gelanget, die Cammer gebauet, sowohl die Vorsetzung auf Gutbefinden des Magistrats schon vor 34. Jahren gemacht hätte; gestaltn damabls der Berg schon eingeschossen seyn würde, wenn durch sein, Appellatens, Abgraben der Berg in eine unbaltbare praecipice, wie Appellant vorgeben wolle, gesetzt und von der nöthigen Schräge am Füsse des Berges mehr Erde, als dessen Zusammenhang erfoderte, genommen worden; 2) des Appellatens Vorgeben, als ob jährlich etwas Erde von seinem Garten abgeschossen und abgegangen seyn solle, ingleichen, daß er, Appellat, den Berg quaestionis unterminiret, und beständig abgegraben habe, falsch und erdichtet, folgar unerweislich sey, auch die Commisarii, nach dem bereits geschebenen Ueberschuß der Erde, davon zu urtheilen nicht vermocht hätten; sondern vielmehr 3) daß vom Appellanten der Einfall des Berges verursacht worden, an Tage liege, indem er, um seinen Garten zu erweitern, hinter der vom königl. Amte ihm zum Zaune angewiesene Linie, ohne obrigkeitliche Erlaubniß, Terrassen gemacht, und derer diesfalls geschebenen vielen Verwarnungen obngeachtet, nicht allein von der Höhe des Berges, sondern auch hinter N. N. Hauffe 100. Futer Erde holen und anführen lassen, und dadurch, daß der

Berg



Berg die Schrege verlobren, und der Wall den Druck bekommen, veranlasset habe, welches um so vielmehr daher zu begreifen stehe, daß die Eindrückung der von ihm, Appellaten, 34 Jahre vorhin gestandenen Vorsetzung, und der Einfall des Berges unmittelbar auf die, nach den Gutachten derer Commissariorum, nicht dauerbafft genug beschebenen Anlegung derer Terrassen, erfolget; hieraus aber 4) vom Appellaten, daß es bey dem vom hochlöbl. Iudicio approbirten commissarischen Vorschlag nicht zulassen, sondern, davon vielmehr abzugeben, und auf das fol. 43. sub num. act. 45. angemerckte *petitum* zu erkennen sey, gefolgert werden will; da hingegen vom Appellanten urgiret wird, daß der Appellat, durch vielfältige Wegnehmung der Erde und gemachte Aenderung der Schrege, mithin der natürlichen Situation des Berges, den Einfall des Berges verursacht habe und die Vorsetzung von Appellaten eben um deswillen, weil das Abgraben dem Berge schädlich gewesen, aufgeföhret worden sey, die Terrassen aber, die molem des Berges nicht vergrößert hätten; hieraus aber derselbe daß er nicht einmahl dem Appellaten vor den Platz etwas zu geben schuldigg erachtet werden könne, zu folgern vermeinet: D. a. u. d. 1) die zu dieser Sache verordnete Commissarii, wie aus den Commissions - Protocoll und dem erstatteten Bericht erhellet, zwar befunden, daß die vom Appellanten gemachte Verwahrung kein gehöriges fundament gehabt; jedoch aber 2) von denenselben dabey angemercket wird, daß,
nach

nach der Lage des Appellatischen Hauses und nach der jetzigen Beschaffenheit des Orts der Raum nicht vorhanden gewesen, eine tüchtige Mauer oder Vorsetzung zur Befestigung dieses Berges machen zu lassen; nicht minder 3) der Bau sothanen Hauses insonderheit der erst vor einigen Jahren angehängten Cammer, am allermeisten aber das von dem Appellaten und denen Seinigen gefchebene Graben mit verursachet, wenigstens ubrsprünglich dazu, daß der das jetzige obiectum litis ausmachende casus existiret, Gelegenheit gegeben habe; und also 4) derer Commissariorum Gutachten, daß beide Theile an dem Einfall des Berges Schuld hätten, in der Sache selbst gegründet, mithin hochlöbl. Regierung den gethanen Vorschlag, durch dessen Befolgung von beeden Theilen allerhand Schäden und besorgliche Unglücks-Fälle abgewendet, auch künftige Streitigkeiten vermieden werden können, zu billigen hinlängliche Ursache gehabt; in mehrerer Ermegung 5) bey der gefchebenen Beaugenseheinigung zwar nicht alle und jede circumstantiae facti, so beide Theile in actis gegeneinander angeführet, erörtert werden können; jedoch aber so viel am Tage lieget, daß nichtsdestoweniger, wenn man auch eine völlige Ausführung aller von denen Partbeyen angezogenen Umstände verstaten, und sie also mit ordentlichen Bemeiß und Gegen-Bemeiß hören wollte, endlich doch diese Sache, bey denen hierbey vorkommenden besonderen Umständen, vermittelst eines Obrigkeitlichen arbitrii, welches in denen Rechten nachgelassen ist,

G

Arg.

9

Arg. L. 13. §. 3. Pand. de usufr. et L. 21. Pand. de reb. cred.

SCHILT. in exerc. ad Pand. 9. §. 25.

zur Endschafft gebracht werden müste, gestalten auch die in diesem Rechtsbandel beliebte decisio litis arbitraria destoweniger angefochten werden mag, da dieser Rechts-Handel per appellationem ad superius iudicium gedieben;

ZIEGLER. in dicast. conclus. 22. §. 15.

über dieses 6) aus dem commissariſchen Protocoll sieb ſattsam ergiebet, daß Appellat durch gründliche Vorſtellungen, besonders, daß ſein, Appellatens, eigenes Hauß in ſo groſſer Gefabr ſtehe, zu einem mit dem Appellanten zu treffenden billigen Vergleiche auf keine Weiſſe zu bewegen geweſen, ſondern ſogar, laut der fol. 7. Protoc. commiſſ. enthaltenen Registratur, als ihme zur Erwe-gung anheim gegeben worden, was maſſen zu beſorgen ſtehe, daß bey einem ſtarcken Platz-Regen die oberſte Spitze des Berges gar herunter, und auf ſein, des Appellatens, Hauß ſtürzen würde, kein Bedencken gehabt ſich zu erklären, daß er es darauf ankomen laſſen wolle; deſgleichen 7) die Frage: ob Appellat die ſei-nem Hauſe angehängte Kammer mit Obrigkeitlicher Bewilligung erbaut, und er nicht mehr Hof und Raum, als ihm von dem Amte nachgelaſſen worden, ſich angemaset habe? noch nicht auſer Zweifel geſetzt, das Gegentheil auch nicht unwahrſcheinlich iſt; dabey noch ferner 8) in Betracht kommen muß, daß dem Appellaten zu des Appellatens und ſeiner Vorfabren Schaden et-
was

was zu bauen nicht einmahl von der Obrigkeit erlaubt werden können; und 9) denen Besitzern des Berges, daß sie nicht so fort sich dārwieder gereget, keinesweges zur Last zu legen ist, anerwogen 10) man nicht gleich anfangs bey solchen factis, die nicht auf einmahl, sondern nach und nach vorgenommen werden, die Gefahr und Schaden, so aus jeden facto entstehen möchte, vorhersehen kan; 11) dem Appellaten, daß er nicht alles Abgraben, dessen ihn der Appellant beschuldiget, auf sich kommen lassen, nicht zum Beufe gereichet, indem bey dieser Erkenntniß, nach Beschaffenheit derer dabey vorgekommenen Umstände hinlänglich gewesen, daß er einiges Abgraben eingeräumet, auch anno 1737. deswegen Strafe erlitten zu haben, nicht in Abrede seyn mögen; im übrigen 12) auf des Appellants Suchen um deswillen keine Absicht zunehmen, weil doch der Appellat von dem Platze, welchen er zur Zeit besitzet, vermöge des gerichtlich approbirten commissarischen Vorschlags, etwas entrathen, darneben die von der commission vorgeschlagene Vermehrungen auf seine Kosten zu Stande bringen muß, er, Appellant, auch das Decretum, dadurch der commissarische Vorschlag von Hochlöblicher Regierung genehmiget worden, die Rechts Kraft beschreiben lassen, einfolglich derselbe eine Aenderung des commissarischen Vorschlags und des darauf ergangenen Decreti, mit bestandte Rechtens, um so vielweniger zu suchen vermag; bieraus aber, daß von mehrgedachten Decreto nicht abzugehen gewesen, sich hinlänglich veroffenbahret etc.

G 2

SEN-

SENTENTIA II.

ILLVST. FACVLT. IVR. IENENS.

MENS. OCT. ANNO CIO DCC XXXXIIII.

PRONVNCIATA.



*A*uf eingewandte Leuterung, deren Prosecution und ferneres Einbringen N. N. Imploratus, an einem, Aetorn Syndicen der Gemeinde zu N. N. Imploratus, an andern Theil, etc. S. W. V. R.

Nunnehro aus denen Acten und derer Partbeyen Einbringen so viel zu befinden, daß Implorat, der Schaf-Haltung des Winters über sich zu enthalten nicht schuldig, sondern demselben daß er im Winter Schafe halten dürffe, jedoch dergestalt, daß nach seiner fol. Act. 177. geschebenen Erklärung, dessen Schaf-Vieh, daferne an denen Orten, wo die Imploranten ihre Trifften haben, solches angetroffen wird, verfallen seyn, und Implorat über dieses, vor jedes Stück Schaf-Vieh 5. Rthl. Straffe entrichten solle, billich nachzulassen etc. V. R. W.

RATIONES DECIDENDI.

Obwohl, Implorat, Vermöge des fol. Act. 172. et seqq. enthaltenen und mit denen Imploranten errichteten Recesses, niemahls Schaafe zu halten sich ausdrücklich anbeifchbig gemacht, dar-

ne-

neben, daß er auch keine Schafe auf seiner Mühle auszumintern, sich verbunden habe, eines Theils daraus erhellet, daß er in dem mit Imploranten geschlossenen Recess die Schafe, so er damahls gehabt, längstens zu Weybnachten abzuschaffen laut des Recesses §. 4. fol. Act. 172. ausdrücklich versprochen, andern Theils auch diese Auslegung des Vergleichs in der fol. Act. 177. enthaltenen Registratur gegründet ist, indem Beklagter damahls, als der extrajudicialiter getroffene Vergleich gerichtlich confirmiret werden sollen, vorgestellt, daß ihme, wenn er keine Schafe übermintern dürffte, 'allzugrosser Schade, in betracht er seine Felder nicht mit nöthiger Dingung versehen könte, zugefüget würde, dabey derselbe der Gemeinde zu ihrer Sicherheit und damit sie keinen Mißbrauch der ihm zu Ausminterung der Schafe einzuräumenden Erlaubniß zu besorgen habe, zu verschiedenen poenis conuentionalibus fol. Act. 177. b. sich offeriret, die damahls gegenwärtig gewesene Syndici aber nicht nomine der Implorantischen Gemeinde darein gewilliget, sondern ihm, der ganzen Gemeinde es vorzutragen, angerathen; Hieraus aber, daß, in Betracht einem jeden sich von dem andern eine Sicherheit zu stipuliren in denen Rechten erlaubt ist, voriger Bescheid nicht zu ändern sey, es scheinen dürffte:

Dennoch aber und dieweil, pacta, mitbin auch transactiones, nur so weit, als der stipulator ein Interesse dabey hat, zu Recht beständig sind;

Arg. l. 15. ff. de Seruit.

G 3

L. pen.

L. pen. ff. de pactis, et Brunnem. ad hanc legem in
comm. ad ff. it. in comm. ad l. 2. ff. de aqua plu-
v. arc.

Laut. Colleg. Theor. pract. Lib. 2. tit. 14. §. 53.

Colleg. argentorat. lib. 2. tit. 14. §. 71.

LVDÖV. ad Pand. lib. 2. tit. 14. §. 6.

Pacta enim vtilitatis non vexationis causa sunt introducta,
Tit. in Obl. ad Pand. tit. de pact. Obl. 59.

Hiernechst aber derer Imploranten Suchen, das dem Imploranten nicht einmahl die Auswinterung der Schafe erlaubet seyn solle, in der That auf eine vexationem hinaus läuft, indem Implorant sol. Act. 177. angeführet, was massen er, falls ihm des Winters Schafe zu halten verbotben seyn solte, seine Felder nicht mit Dingung versehen könnte, und also in merklichen Schaden gerathen würde, dabey derselbe sich anbeischig gemacht, das denen Imploranten, wenn sie an denen Orten, wo sie ihre Trifft hätten, seine Schafe finden und antreffen würden, nicht allein das Schaf-Vieh verfallen seyn solle, sondern er auch vor jedes Stück, so viel sie deren finden würden, 5. Rthl. Straffe entrichten wolle, einfolglich die Imploranten wider alle besorgliche Betreibungen ihrer Trifft binlänglich gesichert sind, indem gar nicht wahrseheinlich ist, das Implorant die Hoffung eines kleinen Nutzens, welchen er durch eine Betreibung derer Implorantischen Trifften erlangen kan, dem grossen Schaden, so er aus dergleichen facto zu gewürtigen hat, vorziehen, und also wider sein Versprechen handeln werde;
nicht

nicht zugedencken, daß der Implorat alsdenn, wenn er an die im Urthel ausgedrückte Straffe, dazu er sich selbst erbotben, sich nicht kehren, sondern nichtsdestoweniger mit seinem Schaf-Vieh die Implorantische Trifften betreiben solte, sich gefallen lassen muß, daß wieder, ihm, als einen rixosum litigatorem, per arbitrium iudicis noch härtere Mittel gebraucht werden; Darwider nichts thut, daß Imploranten vormenden, wasmassen durch diese poenam neuen Processen und Irrungen nicht gnüglich vorgebawet werde, hingegen der Implorat, wenn er gar keine Schafe auswindern dürffte, binführo zu Processen Anlaß zu geben, gänzlich auffer Stand gesetzt würde, in mehrerer Ermegung auch das Verbotb der Auswinterung derer Schafe keinesweges ein Mittel ist, dadurch dem Imploraten, neue Processse zu veranlassen alle Gelegenheit gänzlich abgeschnitten werden könnte, solchemnach das bey dieser Sache im Urthel gebrauchte arbitrium, welches in denen Rechten in gewissen Fällen einem iudici verstattet ist,

Arg. L. 13. §. 3. Pand. de vsufr. et L. 21. Pand. de reb. cred.

SCHILTER. exerc. ad Pand. 9. §. 25.

um so viel mehr bestehen muß, da auf solche Weise denen Imploranten völlige Sicherheit verschaffet, hingegen von Imploraten augenscheinlicher Schade, darcin er, falls ihm auch die Auswinterung derer Schafe schlechterdings untersaget würde, gerathen müste, abgemendet wird etc. So ist demnach, wie im Urthel enthalten, billich erkannt worden.

§.LXXV.

§. LXXV.

Supereſt, vt eorum, quae haectenus quidem egimus, rationes reddamus. Nimirum principale diſſertationis noſtrae argumentum ita pertractandi animus fuit, vt *difficiliora modo eius capita* proponerentur. Quo fine de transactione in genere ſpectata, praemittenda erant nonnulla, quibus in themate noſtro diiudicando vteremur. Deinde, quid fit transactio iudicialis inuita et an in eam transactionis proprietates conueniant, expendimus, ſimulque ſenſum *praecipuarum ſanctionum*, quibus illam doceri poſſe ICTi putant, inueſtigauimus. Et cum, legibus, accurate examinatis, arbitrariam litis deciſionem iis inuolui liqueret, pauca quoque coronidis loco de hac re dicere ab inſtituto noſtro non alienum eſſe duximus.

F I N I S.

Errata et omiſſa.

- 1) In not. 4. ad §. 1. poſt. verb. *Baſil.* adde: *lib. ii. tit. 2. l. 1.*
- 2) p. 12. §. 25. lin. 3. loco cit. §. 26. lege §. 23.
- 3) p. 12. §. 27. lin. 4. del. §. 29.
- 4) p. 13. not. 1. ad §. 29. del. voc. *vn.* et lege 11.
- 5) p. 38. §. 61. lin. 8. loc. *iudicium*, lege *iudicium*.

VIRO

V I R O
 CLARISSIMO AC NOBILISSIMO
IO. DAN. REINHARDO,
 S. P. D.
 I O. CASP. HEIMBURG, D.



Quamquam aetate nostra haud pauci sint, qui literis operam navant: ex iis tamen per plures suorum votorum compotes non fieri, teste docemur experientia. Et haec res minime miranda saepe accidit. Alii enim in pertractandis artibus liberalibus sunt remissi et studia modo leuiter attingunt. Alii ad legum quidem disciplinas multum diligentiae adhibent, sed mediis, quibus animus solida iuris scientia imbui potest, non vtuntur. Tu vero, VIR CLARISSIME, in longitudinem tibi omnino consulisti. Enimvero per aliquot annos in literis te abdidisti et in primis iurisprudentiae vehementer operatus es. Quae in celeberrimorum virorum scholis, iusto ordine frequentatis, audiuisti, ea noctes diesque cogitare tibi voluptati fuit. In quo proposito cum semper permanere et ardens in legum contemplatione studium ponere tibi placuerit: ea profecto

H

men-

mentem exornasti cognitione, vt tuae quoque solertiae rationes publice reddere non dubitares. Tuorum ergo studiorum fiducia fretus de honoribus honesto agere consilio coepisti. Quos quidem vt rite et more maiorum consequaris, postquam consueta examina cum laude subiisti, ingenium tuum scriptione aliqua publicare induxisti in animum. Quemadmodum autem id negotii mihi datum est, vt Praesidis in actu disputatorio partes sustinerem et sic rem tecum communiter gererem: ita laetus tibi gratulor precorque, vt ad exitum non modo hanc rem felici adducas successu, sed etiam honores, quibus mox ornandus es, reipublicae profint, et Tibi semper sint ornamento, nouaeque praeterea in dies felicitatis Tibi adspirent accessiones. Interea vale et me, vt facis, ama. Ienae d. X. Febr.

CIO IO CC XXXXVI.



AB. 153 643

(x 2580 273)

fl





DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE
TRANSACTIONE
IUDICIALI INVITA

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
ERNESTO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE RELIQVA
SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO ITIDEM
EQVESTRIS PARITER AC PEDESTRIS LEGIONIS
TRIBVNO CAESAREO

SVB PRAESIDIO
IO. CASP. HEIMBURGII, D.
SERENISSIMI DVCCIS SAXO-GOTH. A CONSIL. AVL. PROF. COD. ET NOV.
CVRIAE PROVINCIALIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE ADDESSORIS
NEC NON SCABINORVM COLLEGII SENIORIS

PRO LICENTIA
AC SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS CONSEQVENDIS
AD D. VIII. FEBR. A. O. R. MDCC XXXXVI.
ERVDTORVM EXAMINI SVBIIICIT
AVCTOR
IOANNES DANIEL REINHARD
FRANCOVRTENSIS AD MOENVM.

—
IENAE, LITTERIS SCHILLIANIS.